



R. P. Thomæ Tamburini Æ Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Caput VI. De Pœnis Perjurij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

...saltem ab mortali esse etiam ejusmodi reum ex-
ceptum (excepit cum Sanchez in Decalog. lib. 3. cap. 7.
...causam habetis; condictus enim de illa, fateri
...ne negativus hereticus cum dandulo poenam
...Ratio, quæ me movet, est, quia ex una parte de
...nature est hominem non posse confiteri ad con-
...ad mortem suam; & ex alia parte in hoc ca-
...ad summum offenditur (si tamen offenditur) potestas
...in re levi. Si enim reus jam convictus est,
...plectendus, nihil addet confessio rei, quan-
...ad punitionem criminis, de qua sermo est, cum iudex
...dammandum satis instructus. In qua igitur re gravi
...potestas ipsius?

Sed certe notat Sanchez lib. 3. in Dec. cap. 7. n. 11.
...reus interrogantes, nunquam solere statum cau-
...probationis illi aperire; sed quorundam se-
...quod id ad legitime interrogandum non requira-
...cum igitur reus statum suæ causæ ignoret, semper
...poterit, fore spem effugij, si ipse crimen non
...seatur, & sic semper in praxi, etiam in adversarij
...fateri possit veritatem occultare.

Denique quod dictum est de periculo vitæ, exten-
...ad quodcumque malum grave, puta
...trimes, gravem infamiam, &c. ita de Lugo l.c. n. 15. ad hæc enim tam gravia
...ad mortem advertendam, jus naturæ nos
...immo nos urget.

Quid de malo levi? v. g. præcipiat mihi Superi-
...ut fatear, an dixerim mendacium, yocohum, an sim
...an silentium in Religione stegerim; ex
...mihi non nisi malum leve ascideret, pos-
...vel præcipiat, ut fatear homicidium, furtum grave,
...certus sum (ita suppono) solum
...ne incurratur, & negem cum æquivocatione,
...quodam peccatum committam?

Respondet A mortali fortasse excusandus esses; quàm-
...contrarius sit de Lugo tom. 2. de just. d. 43. sect. 1. n. 16.
...Ratio esse potest, vel quia de jure naturæ videtur
...ut ne leve quidem vulnus mihi ipsi infligam;
...vel quia, si agitur de poena levi infligenda, videtur &
...& non rigorosum superioris præceptum; vel quia
...negatione talis veritatis, non oritur grave malum
...Reipublicæ, si solum levis poena sit imponenda. Hic ta-
...excepit, nisi aliàs bonum commune aliter postula-
...vel mihi sic deberet averti malum grave impendens;
...tunc enim charitas exigit, ut meo levi malo, bō-
...grave Reipublicæ, vel proximi præponatur.

causis civilibus, nempe qui non habent ex masculis qua-
tuordecim annos completos, ex feminis completos duo-
decim; nam in criminalibus etiam puberes, nisi habeant
viginti annos, excluduntur. Si quando prædicti puberes,
impuberesque admittantur, an sufficiant ad torturam,
probationemque faciant, an solum magnam præsum-
ptionem nostrum non est querere: vide Suarium loc. cit.
Fagundez l.c. Sanchez lib. 3. in Dec. cap. 3. Juristas ab iis-
dem citatos.

Secundò, ob sexum repelluntur femina: licet in
quibusdam admittantur, &c.

Tercio, in poenam multi repelluntur, ut infames, per-
juri, &c.

Quartò, ratione solius criminis, homo vilis, inimicus,
con sanguinei, domestici repelluntur, vide apud citatos,
citandisque.

Quintò, ob privilegium: ut Sacerdotes, vel Clerici, qui
prohibentur jurare in manibus Laici sine licentia sui
Prælati, Laici, inquam, ut Superioris, & ut Judicis. Pos-
sunt autem jurare in causa Dei, vel ad purgationem de-
licti, vel cum tertius laeditur de actu probationis, vel ob
indemnitate Ecclesiæ, vel cum ab excommunicatione
absolvuntur, vel in causa propria quoad juramentum de
calumnia, &c. quæ, & similia lege apud citatos, & Farina-
ceum de testib. q. 54. Gomez. c. 12. aliisque, inter quos sit
Bonacina tom. 2. disp. 10. circa 8. Decal. præcep. q. 3. part. 3.
qui hæc in compendium accuratè redigit.

CAPUT VI. De Poenis Perjurij.

IN jure Civili valde incertum est, an poena aliqua
determinata quoad forum externum pejeranti sit
imposita. Quoad forum Conscientiæ præter peccatum
mortale, an in jure Canonico sit aliqua poena eidem in-
flicta queri potest, & nullam esse ipso facto impositam
certum sit.

Imponendæ autem sunt tres: Infamia juris: Privatio,
seu Repulsio à testificando: Alia poena arbitraria à Judi-
ce decernenda: quæ omnia satis sit innuisse. Legatur
Suar. lib. 3. de jur. cap. 20. Castro Pal. disp. 1. de jur. p. 11.
aliisque ibid.

CAPUT VII. De Obligatione à Juramento.

Obligaris à juramento, Irritatione, Remissione,
Dispensatione, seu Relaxatione, Commutatione.
Jam de singulis.

§. I. De Irritatione.

Quando is, qui dominativam habet potestatem
in te, tuasque res, ab obligatione juramenti
omni te liberat, dicitur tuum juramentum irritare.
Omnes ergo illi juramenta irritare ita, ut nunquam re-
viviscant, possunt, ex Less. Sanchi. aliisque apud Bonac.
tom. 1. disp. 4. de jur. q. 1. p. ult. n. 6. qui aliis legitime præ-
sunt, quales sunt Pater, Prælati Regularis, Dominus,
Vir, respectu Filij, Subditi, Servi, Vxor. Ita S. Thom. 2. 2.
q. 86. art. 9. ad 3. Azor. 1. part. lib. 11. cap. 10. q. 5. Laym.
lib. 4. tract. 3. cap. 11. n. 1. aliisque passim, de quibus explica-
tibus, cum de Voto infra, cap. 16. §. 3.

Id tamen est intelligendum cum distinctione:
nam juramenta soli Deo præstita poterunt hi irritare
prædictis, etiam sine causa; sicuti possunt, ex probabili
sententia (de qua re ibid. infra,) & vota: sic Sanchez
lib. 3. in Dec. cap. 19. n. 2. aliisque contra Val. ab eodem ci-
at verò juramenta in aliorum utilitatem emissæ, tunc so-
lum, & quidem etiam sine causa possunt irritare, quando
juramenta

CAPUT V.

Quis possit jurare, atque ad juramentum
admitti.

Præter Deum, qui, quando dicitur in scripturis
jurare, (ut Hier. 22. Ecce ego juravi in nomine
magno, &c.) impropiè jurare dicitur, cum Superio-
rum non habeat: Christus ut Homo, Angeli, Demones,
Damnati, Beati, homines viatores jurare possunt, quia
Superiorem Deum cognoscunt, qui adhiberi ab ipsis in
testimonium veritatis potest. Rursus ex hominibus pos-
sunt omnes utentes ratione, etiam si sint impuberes, cap. 1.
de delictis puerorum: lege Suar. de jur. lib. 1. cap. 14. num. 5.
unde & juramento se obligare: hæretici item, infidelés
que omnes, si modò Atheos excipias, qui ex errore
(cum Deum Superiorem non agnoscant) ipsum invocare
non possunt. Sed hæc, & similia sunt speculativa, quæ
vide apud Doctores, Suar. tom. 2. de Relig. lib. 1. de jur. c. 44.
lib. 2. in Dec. cap. 5. aliisque.

Illud ad praxim pertinet scire, quinam in judi-
ciis admittantur ad juramentum, qui repellantur. Primò
ob defectum ætatis perfectæ repelluntur impuberes in